



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Coppensteinivus Conceptuum Prædicabilium In Dominicas Festaqve omnia per Annum

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1624

Dominica VIII. Post Trinitatem. Attendite à falsis Prophetis. Matth. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51556)

*Sobria Sa-
crosum
audisio.* *pasti ac suffarti ad eamus Sacra, & Con-*
ciones: 1. Sed vt Iudai, 1. Reg. 9. *Hic est Vi-*
dens, quia sacrificium est hodie populi, &c. Nec
comesturus est populus, donec ille veniat. 2. Nec
Eleeser, Genes. 24. voluit gustare cibum
prius, quam loquar; ait, *sermone meos pro*
sponsa petenda. At iam; eundem ad tem-
plum est? *Etiā si saturati sint, murmurabunt.*
Sicut Israelitę, et si manna saturaren-
tur; tamen in Mosen murmurabant: ad
allia, ollasque Aegyptias respectabant.
Num. 11. Hi in Euangelio non sic.

Quare, *Nolite recedere à tergo Domini*, ait
Samuel ad Israelitas 1. Reg. 12. *& nolite de-*
clinare post bona, quae non proderunt vobis. Di-
camus igitur Gen. 48. *Deus, in cuius conspe-*
ctu ambulauerunt patres mei, Deus, qui pascit
me ab adolescentia mea.

DOMINICA VIII. POST TRI-
NITATEM.

Attendite à falsis Prophetis.

Matth. 7.

SYRIÆ Rex, 1. Mach. 2. Antiochus Apol-
lonium armata cum manu Ierosoly-
mā misit, vt eam dolo subiugaret his
cāsis, diuēditis illis. Pacem is amicitiam-
que p̄ferens simulat alia omnia; Sab-
bato quoque Templum init. At hic tum
in collectos irruit, mactat; vastat omnia,
resistente nemine: quod Sabbathum ef-
fet. Ne par animarum strages ab simili
contingat Apollonio Cacodæmonio,
monet Dominus.

Nos

- I. De salutis merito, ac medio consequendae.
- II. De pseudoprophetarum generibus.
- III. De hereticorum imposturis.
- IV. De lupis.
- V. De arbore.
- VI. De fructibus arboris.

PARS I.

De salutis merito, ac medio consequendae.

I. **P**eruetus est quæstio: An ad salutem *An Sola*
promerendam bona sufficiat volū- *intentione*
tas sola; an etiam opera bona requiran- *absquo ope-*
tur? Solam illam sat esse quidam pertē- *ret?*
dunt, hoc potissimum Canonistarum
axiomate nixi: 1. Cap. Omnis cap. homicid.
&c. De pœnit. 1. dist. 1. *Voluntas pro fa-*
cto reputatur, ad pœnam; ergo & ad præ-
mium. 2. Deinde isto S. Bern. li. de lib.
Arb. *Intentio sufficit ad meritum: bona actio*
requiritur ad exemplum. 3. Et Glossa in hoc:
Dixi confitebor. Vorum pro operatione reputa-
tur. 4. Et Greg. hom. in Matt. *Nunquam est*
vacua manus à munere; cum arca cordis reple-
ta fuerit bona voluntate. 5. Decretal. c. Cum
volunt. de Sent. Excom. *Amplius respicit*
Deus ad spontaneas voluntates, quā ad actiones.

Idem *Figuris* persuadere nitantur. 1. Vt
iubet *Leuit. 22.* Deus offerri ex animalibus
caudam perseverantię, & adipem
bonę voluntatis, atque vitalia. Vt ad epe
p̄cipuum est pecoris; ita voluntas ho-
minis: Vnde.

Quicquid agant homines, intentio iudicat
omnes.

Sat, si brutales cupiditates Deo victis
memus, & offeramus optimum bonę
voluntatis.

2. In consecratione Sacerdotis, immo-
lati arietis pectusculum, (in quo cor est
symbolum voluntatis,) eleuabatur co-
ram Domino, *Exod. 29.* Sic intentio in
actione. 3. Hinc Dauid optimum offere-
bat: *Pf. 50.* *Sacrificium Deo spiritus contribu-*
latus: cor contritum & humiliatum. Sed falsa
est ista sententia.

II. Contraria, vera. Tam opera bona, *Non: Sed*
quam voluntas sunt necessaria. Quia 1. *opere &*
Fides sine operibus mortua est. Iac. 1. Est cor- *veritate.*
pus sine anima; sol sine luce. 2. Ideo *Sata-*
gite, 2. Pet. 1. *vt per bona opera vestra certā vo-*

Aa catio-

cationem & electionem faciatis. 3. Ambr. in officijs. Nonsatis est bene velle; nisi sit etiã bene facere. 4. Arist. 2. Eth. : Tria ad perfectionem virtutis requirit: Scientiam, voluntatem, operationem. 5. Theologie perfectio est praxis, ait S. Dyo. I. de myltic. Theolog.

Figura idem indicant. 1. Leu. 21. Habens maculam, cæcus, claudus, mancus, &c. non offert panes Deo: Attalis est nil operans. 2. Quid statis hic otiosi? ab opere villo bono. Matth. 20. His tamen bona voluntas erat: Nam aiunt: Nemo nos conduxit. 3. Cant. 8. Pone me vt signaculum super cor tuum; vt signaculum super brachium tuum, q. d. Ostende voluntate & opere amorem. 4. Et Dominus hic: Omnis arbor, quæ &c. Et Attendite, &c. vestimenta ouium: intus lupi.

P A R S II.

De Pseudoprophetarum generibus.

Sunt seu-
entes.
1. Gladio.

I. P^{er}secutiones Ecclesiæ sunt variæ: sed triplices potissimæ. Tyrannorum, qui Martyres: Hæreticorum, qui errores: Christianorum improborum, qui scelera seminant. Hæ sunt visæ Apoc. 6. indice equo albo Christi Victoris, Ruffo, Nigro, Pallido. Vt Rupertus interpretatur.

2. Dolo:

Deinde Pseudoprophetae varii. 1. Demon: Sualor peccati & agenda olim pœnitentiæ; Exemplo Dauidis, Magda. Pauli &c. 2. Caro. genio & cupiditati indulgendum, fruendum avaritate, &c. 3. Mundus: autor honorum, opum, vindictæ, &c.

4. Concionator prauus, i. Iere. 5. Stupor, & mirabilia facta sunt in terra: Prophetae prophetauerunt mendacium, Sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit talia. 2. Iere. 23. In Prophetis Ieruf. vidi speciem adulteri: & iter mendacijs. 5. Hæreticus. 6. Et Pseudo Christianus. Hucusq; Orig. in Mat.

3. Turbo.

II. Pseudoprophetae duplex est. quoad Doctrinã, & Intentionem. 1. Doctrina peruersa fuit 3. Reg. vii. Sedechias persuadens Achabo obfidionem Ramoth Syriæ vr-

bis. Qui fecit sibi cornua ferrea, & ait, Hac dicit Dominus: His ventilabis Syriam, donec deleas eam. Sed prædixerat Satan: Ero spiritus mendax in ore eius.

1. Intentione, falsus fuit Baalã, Num. 23. & 4. Volo. 24. Qui vera & fausta prænuñciauit: sed pessimum Balaco Regi Moabitarum cõfilium suggessit, vt cogeret Israelitas immolare idolo Phegor. Talis & Caiphas, qui verum dixit: Expedit, vt vnus moriatur pro populo: At malo animo: Hoc genus est in similitudine adulteri, adulterans veritatem: Illud in itinere mendacijs.

III. Ergo Attendite, priusquam nouitatem acceptetis. 1. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, an ex Deo sint. Quoniã multi Pseudoprop. exierunt in mundũ: Ioan. 4. 2. Nam Eccl. 19. Qui cito credit, leuis est corde. 3. Eph. 4. Non simus paruuli fluctuantes; nec circumferamur omni vento doctrine. 4. In Galat. 1. ad peccantes ista Paulus: Miror, quod sic tam cito transferamini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium. Ergo Attendite.

P A R S III.

De hereticorum imposturis.

I. Ili Pseudop. sunt hæretici, qui simulant: oues, & reformationes, sed lupi omnia vastant. 1. Talis Balaam, Num. 24. qui plaustra benedictionum in Israelitas crepat, sed suadet Moabitibus & Madianitis; mulieres in terram Israel mittant, Scãdulum coram eis edere, & fornicari: Num. 22. Successit consilium, & 24000. fornicantium cũ eis, & idolis, sunt caesa, iussu Dei. Num. 24. Ita hæretici hodie crepant Scripturas, benedictiones, &c. Sed opinioniones fornicatrices immittunt, &c.

2. Veniunt in vestimentis ouium, cum ceremonijs, q. reformatis, abufibus abrogatis, &c. Interim placetia canunt; libertatem aperiunt; laxant ad cœlos viam: quæ asperiora, planã ac tollũt; remouēt aras,

1. Balaam
misa con-
sulores:
sed Scãd-
ulores.

2. Corru-
ptores: qui
si correcti-
res.

aras, Sacra, suffragia pro defunctis, Concilia, &c.

3. Lupi quasi amici ceri.

3. Phil. Macedo Athenas obsidens, ciuibus per legatos promittit omnem suam reip. libertatem tantum si decem sibi dederent Oratores. Hic Demosthenes existebat: Conuenerunt olim, ait, lupi cum pastoribus, dicentes; nullum sibi cum his vel ouib. esse dissidium; tantum cum canibus, hos remouerent, & pacem fore stabilem. Deduntur canes, mox lupi grafsantur impune. Ita Philippus. Ita heret.

4. Balætes, sed & belligerantes.

II. 4. Veniunt; non misit. Ier. 23. Ipsi currebant & Ego non mittebam eos. Vt oues sic isti balant fidem, Christum, elem. temperanciam, castitatem, pacem, &c. Solos oderunt pastores canes. His se bella mouere aiunt; dum omnia vastant, maculant. A fructibus eorum cognoscetis eos.

5. Gabaonites mendaces.

5. Veniunt, quales Gabaonites ad Israelitas. Isti; auditis Iosue victoriis, veniunt cum detritis vestibus, panibus duris, vacuis lagenis; dicuntque ad Iosue: Cap. 10. De terra longinqua venimus, pacem vobiscum facere cupimus. Credidit Dux & populus, fœdus ieiunt: at demum eos in medio terræ sanctæ habitare resciscunt. Ita heretici ainos suos ministros pane suo onerant; vestes vetustas S. Scripturæ præferunt, quasi qui longe à primitiua venirent Ecclesia. Hoc dolo capti multi Susceperunt de cibariis eorum, & os Domini non interrogauerunt.

6. Piscatores caprini.

6. Aucupes imitantur cantu voces auium: quas capere volunt. Sic isti, Sargus piscis, ait Aelian. l. 1. de Anim. c. 23. caprarum aspectu delectatur, itaque piscator capræ induit exuias cornutas, sicq; capit Sargum. Tales caprini cornutique heretici.

7. Vulpina sores.

7. Vulpes Aesopica, viso curru gallinis onusto, se vt mortuam in viam abiicit, ab pullario in currum iniicitur, quo securo ac lato, ipsa in gallinas etiam seuit, vorat quantum satis; deque curru desilit. Sic vulpinantur heretici.

8. Apoc. 13. Vidi aliam bestiam, ascendentem de terra, habebat cornua duo similia agnis, & loquebatur sicut draco. Ita heretici cornua agnina Scripturæ gerunt, ac virtutis speciem at vox eorum enecat animas ac deuorat. 9. Samson reperit leonem à se casum, in cuius ore mel, cætera leo emelliti. 9. Leones melliti. rat. Iud. 14. Ita heretici; Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Pl. 27. In ore mel; in corde fel.

10. Similes Iobab, 2. Reg. 20. qui dixit ad Amasam, salue mi frater. & tenuit manu dexteram mentum Amasæ, quasi osculans eum. Hæc fraus. Porro Amasa non obseruauit gladium Iobab, qui percussit eum in latere, & effudit intestina eius. & mortuus est. Hæc vis. Ita sub saccaratis verbis gladios ingerunt heretici.

11. Apoc. 9. visum est animal cum facie humana ridebunda; sed caudis scorpionum. Impositores heretici: (ait in Matt. Theop.) blandiloquentiam pratexunt, & vitam simulant sanctam; sed intrinsecus latet aculeus. 11. Scorpionum humanæ.

12. Refert Plinius l. 21. c. 13. In Ponto mel esse, quod sumptum dementat. Causa; quod aculei apum venenati putentur. Ita hæc. melle vtuntur; sed ipsi venenati sunt, ac dementant. 12. Apes venenata.

Impia sub dulci melle venena latent. Et:

Felle sub agnina latitat mens saepe lupina.

Bene Tert. lib. de præf. heret. Qua sunt pelles ouium nisi rominis Christiani extrinsecus superficies? Qui lupi rapaces, nisi sensus & Spiritus subdoli? Eadem S. Cypr. ad Nouatianum. Ergo hereticos caue; fuge, fuga, Aut corripiat flamma vorax, quos non corrigit doctrina verax.

PARS IV.

De Lupis.

I. Peccatores sunt animalium similes. Peccatores 1. Act. 11. Vidi linteum magnum, & quasunt fera. drupedia terre, & bestias, & reptilia & volatilia caeli. 2. Iob 30. Frater fui draconum, & socius strutionum. 3. Ezech. 21. Fili hominum,

Aa 2 incre-

increduli, & subuersores sunt tecum: & cum scorpionibus habitas. 4. Luc. 13. Dicit vulpi huic. 5. Luc. 10. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. 6. Luc. 3. Genimina viperarum. 7. Fabulantur Poetae Circen veneficam socios Vlyssis in varias bestias commutasse; At vitis eos deprauarat, & vitros effeminarat vile scortum.

Sunt diaboli.

Proprietates luporum sunt & hereticorum.

1. Maledicti sunt.

2. Blasphemi.

3. Damnae hereses renouant.

4. Versuti sunt.

5. Penitentia sibi.

8. Quin & diabolos efficit ex hominibus peccatum. Ioan. 6. Nonne ego vos XII. elegi, & ex vobis vnus diabolus est? Quanto magis lupus? Act. 20. Scio, quod post discessionem meam intrabunt lupi rapaces, non parcetes gregi.

II. Cur lupi? Quia violenti in doctrina intrudenda; sanguinolenti; seditiosi. Testes, ab Ariana; omnes haereses: & hodierni expilatores templorum, &c. p. sal. 56. Dentes eorum arma, & sagittae: & lingua eorum gladius acutus: veloces pedes eorum, ad effundendum sanguinem.

2. S. Chrys. ait: Lupus mordet; vlulat; carnes vorat. Non ouis. Mordent haeretici scommatis Deum, Sanctos, Pastores: seque lacerant ipsos. Vlulat blasphemando: Ps. 72. Ponentes in eorum os suum. Carniuori carnaliter viuunt.

3. Lupi, ait Aelia. l. 3. c. 6. & li. 8. & cap. 14. flumen tranaturi, se per caudas mordicus apprehendentes, primum robustissimum iniiciunt, ac sequuntur. Ita haeretici damnatas olim hereses apprehendunt; vnum secuti haeresiarcham tranant flumina Sacramentorum; & doctrinae; quae latificant ciuitatem Dei Ecclesiam. Vtque Samsonis vulpes caudis colligati, incendunt segetes Christianas, Iud. 15.

4. Lupi noctu vident acutum. Sic filij huius seculi prudentiores sunt in generatione sua filiis lucis. In controuersis exercitati sunt haeretici: ceterum ne micam habent Theologiae. 5. Lupi noxios habent oculos, Plin. l. 8. cap. 2. vt visu vocem eripiant: Vnde Virg. Lupi Maerim videre priores. Ethar. e-

linguant poenitentes; vt os habeant, & non loquantur in Exhomologesi, Ps. 113.

6. Famelici, terra saburrant ventrem. Ita haer. cum omnem substantiam sanae doctrinae prodegerunt, desperantes se ipsos omnibus flagitiis ingurgitant. In quibus spiritalem sanam patiuntur, vt canes. Ps. 58.

7. Quidam tam obliuiosi sunt lupi; vt si ab esca auerterint oculos, eius mox oblitam omittant; querant aliam. Quot apostatae, oblitae Eucharistiae, filiquas querunt, immemores institutionis suae?

8. Odium luporum in oues nec mortuis extinguitur. Nam nerui ouini & lupini in eadem tensificheli; ad nullam symphoniam redigi possunt. Pelles ouinae lupinis iunctae consumuntur item. Istud & Alciati Emblemata memorat.

Cetera mutescunt, coriumque silebit ouinum, Si confecta lupi tympana pelle sonent.

III. Pseudoprophetae sunt etiam concionatores palpones. Nec enim Prophetarum tantum praedicebant; sed & praedicabant. Qui magis falsi quam ore a corde, aut vita ab doctrina dissoni? 1. Achan, Ios. 7. quod ex praeda gentilis Iericho seruauerat regulam auream: (Hebraei legunt: linguam seruauerat; lapidatur. Ita quidam etiam nunc gentilium loquendi seruauerunt vel modos vanos; vel dicta, gestaque vane inferciunt concionibus; sicque profanant doctrinam Euangelicam: Ni Herculi clauam extorqueant: fanaque vertant in templa: ac venena ethnica, in remedia Christiana.

Meminerint, quod Psalm. 11. Eloquia Domini argentum igne examinatum, purgatum septuplum: id est, multum. 2. Sit Praedicator; qualis Apoc. 19. visus est insidere equo albo, oculis scintillans, conspersus sanguine; cui nomen Verbum Dei: sit, inquam candidus innocentia; scintillans Zelo; conciones Sanguine Christi orant-

6. Flagitiis si sunt.

7. Immemores Da.

8. Immemoraliter obrunt, au.

Concionatores prauis sunt quidam lupi.

Boni descripti.

tes habeat. Et vero plane fit, Jer. 48. Male-
dictus, qui prohibet gladium suum à sanguine,
id est, linguà à reprehensione peccatorū.

3. Audi Paulum Act. 20. *Contestor vos ho-
dierna die, quia mundus sum à sanguine om-
nium: Non enim subterfugi, quo minus annun-
ciarem vobis omne consilium Dei.*

Principi
est arcere
supos.

IV. Attendite à Fal. Proph. Hoc vobis di-
ctum Præsules, & Principes. Aequum est,
vt Adam, Gen. 2. à serpente sibi caueat: 2.
Noe, cap. 6. aquas diluuij præuideat: 3.
Abraham, c. 15. mufcas ab sacrificio abig-
gat: 4. Loth, ca. 19. cum suis Sodoma se
propriat: 5. Filij Prophetarum. 4. Reg.
4. ab colocinthide abstineant; ne mortē
in olla degustent. 6. Orent, Psalm. 143.
*Libera me Domine de manu filiorum alieno-
rum, quorū os locutum est vanitatem, sed dex-
tera eorum dextera iniquitatis.*

PARS V.

De arbore.

Homines
sunt arbo-
res.

I. **O**Mnis arbor, quæ & c. Homines vocan-
tur arbores. 1. Iud. 9. *Ierunt ligna, vt
eligerent sibi Regem; & c.* 2. Zacharias de
Ierof. de uastatione cap. 11. ait: *Aperire Li-
bane portas tuas, & comedat ignis cedros tuos.
Vlula abies, quia cecidit cedrus, quoniam ma-
gnifici vastati sunt, vlulate quercus Basan.* 3.
Dan. 4. Nabuchodonosor arbori com-
ponitur. 4. Cæcus Marc. 8. ait: *Video homi-
nes ambulantes sicut arbores.*

Infructi-
fera Deo
noxia sunt.

Ab iis Deus fructum poscit. 1. Sed
queritur Iere. 8. *Non est vna in vitibus; non
sunt ficus in ficulnea, folium defluxit.* 2. Deus
cum aliis de causis irascebatur Achabo,
tum maxime, quod Nabothi vineā fru-
ctiferam vertisset in viridariū volupta-
tis. 3. Reg. 21. 3. Et Dominus ficum infru-
ctuosam maledicto arefecit. Mat. 12. *Nū-
quam ex te nascatur fructus.* 4. Israelitis, ter-
ram Chanaan ingressis, præcepit Deus,
Deut. 20. *steriles arbores succidant; ser-
uent fructiferas. Sic omnis arbor, quæ nō fa-*

cit fr. & c. In cæteris vero istum *Laudis Dei.*

1. Circa fimbrias vestis Pontificis tin-
tinnabula pendebant, quæ ipso inceden-
te consonarent ad harmoniam. Exod. 28.
Ita quasi circa fimbriam diuinæ potentæ
creaturas pendentes oportet operibus,
ad quæ creatæ sunt, laudare Deum. 2.
Vnde tres in Babylonica fornace. Dā. 13.
Benedicite omnia opera Domini Domino. 3.
Hinc Mat. 25. *Inutilem seruum proiicite in te-
nebras exteriores.* 4. Item Ioan. 15. *Omniem
palmitem in me non ferentem fructum, tollet
eum, & in ignem mittet.*

In creatis
laudandus
Deus est.

II. Multæ quoque arbores bonæ sunt;
at fructum afferunt insipidum. 1. Na-
buch. talis erat, Dan. 5. *Et fructus eius nimi-
us: Sed siluestris, animalib. tantum aptus.
Ideo iubetur. Succidite arborem: discutite so-
lia: dispergite fructus.* Heu malum triplex: 2.
Suis Dauid passionibus & cupiditatibus,
quib. indulserat, iratus, ait Psalm. 34. *Retri-
buebant mihi mala pro bonis, quæ ipsis male
indulseram, sterilitatem anime mee.*

Arborum
insipidi
fructus.

Bona erat arbor Sponsa, Cant. 7. *Om-
nia, inquit, poma seruauit tibi, noua & vetera.
De serua fructus, & te æternum serua-
sti.* 2. Arbor bona Iustus est. Vim suam
habet in radice cordis; in cortice exem-
pli boni: in folijs verborum: in floribus
desideriorum; in fructibus operum Psalm. 1.
*Erit, tanquam lignum, quod plantatū est secus
decursus aquarum, quod fructum suū dabit in
tempore suo, quo scilicet iniuriis afficitur,
tentatur, irascitur, & c. tunc dat fructum
patientiæ, constantiæ, clementiæ & c.*

Bona arbo-
ris fructus.

III. In arboreto quæque fructum ef-
fert naturæ suæ proprium: pirus pira, non
cerasa, & c. Ita in Ecclesia pro sua quisque
uocatione operetur.

Cuiusque
proprius
fructus.

Sed que ista peruersitas: si Religiosus
ferat fructus seculares; Sacerdos laicos?
& c. 1. Vt si in corpore audire vellent
oculi, videre manus, & c. Sic si statuum
officia & functiones ab alienis vsurpentur.

Quidam
alieni.

2. Non ita; Verum Rom. 12. *Sicut in vno corpore multa membra habemus; omnia autem membra non eundem actum habent: Ita multi vnum Corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, habentes donationes, secundum gratiam, que data est nobis, differentes.* 3. Quare, 2. Per. 4. *Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illi administrantes.*

PARS VI.

De fructibus arboris.

Errores de arbore & fructu eius. I. **O**mnis arbor. Id est, vt Beda & August. Ench. l. 1. c. 15. voluntas; Vel, Fides, ait Tert. Sed melius, homo intelligitur. Quia hic potest in ignem abiici: non Fides, nec voluntas.

Porro arbor hæc quæ ferax opinionum fuit; 1. Sensus autem falsus est iste: Arbor bona, quamdiu bona est, non potest malos fructus facere: & contra. Sic Chryf. & Beda. Sed displicet: Quia sic iustus non posset peccare; nec quicquam boni agere peccator: Atqui potest vterque. Nam bonus fide, aut voluntate, potest esse malus opere: & contra; licet diuerso respectu. Ita Trid. Concilium contra S. Augustinum.

2. Deinde occasione arboris huius natus Manichæorum est error, duo statuens genera hominum: Bonos: Malos. Natura bonos non posse fieri malos; aut male agere: & contra. Eos elidunt Aug & Hier.

3. Natus & Pelagianismus; qui peccatum orig. negabat esse: Quia Matrimonium arbor esset bona. Item ille Pelagian. Voluntatem bonam sufficere ex seipsa ad bene operandum; non egere gratia. Refellit Augustinus: *l. 1. de gratia Christi c. 18.*

4. Item is Donatistarum error: Sacerdotem bonum non posse male baptizare: nec contra. Nam baptismum induere naturam baptizantis. 5. Iste Calvinismus. Ex bonis operum fructibus hominem non posse iustificari: sed tantum agnoscere: & contra.

II. At Adam erat arbor bona; malum tamen fructum protulit. Quia quæ naturaliter bona sunt necessario bonos fructus faciunt: ac secus possunt, quæ moraliter sunt bona, vel mala; vt homines. Cui autem homo peccando malum effert fructum; id alio referendum non est; quam quod relicto Deo, partes sequatur Diaboli.

Sicut Sichemites spreto Gedeonis filii alienum sibi elegerunt Regem Abimelechum, *Iud. 9.* Id quod Ionathan Propheta eis exprobrat: *Ierunt ligna, vt vngerent super se Regem, &c. Et dixerunt ad Rhannum: veni impera nobis: egrediatur ignis de eo, & consumat habitatores Sichem.* Ita peccator regem eligit sibi Satanam; sed in suam perniciem. Nam excidetur, & in ignem mittetur.

III. O duram sententiam! At iustam, & veram. Quippe 1. Heb. 6. *Horum consummatio erit in combustione.* 2. Ioan. 19. *Omnis palmes, qui in me non manserit, mittetur foras, & arefcet: & colligent eum, & in ignem mittent.*

3. Et factum par sententiis istis constat. Apoc. 19. *Apprehensa est bestia, & cum ea Pseudopropheta, & viui missi sunt in stagnum ardentis ignis, & sulphuris.* 4. Constat comminatio 2. Reg. 23. *Peccatores autem, quasi spinae, euellentur vniversi, igneque succensa comburentur vsque ad nihilum.*

In V. T. magni semper viri vibrarunt securim ad pseudoprophetarum talium excidium. 1. Elias. 3. Reg. 18. sacrificulos Baalim occidit, & in torrentem Cisson, vt cœnum, abiicit. 2. Iehu, 4. Reg. 10. omnes cultores Baalim deleuit. 3. Iosias Rex 4. Reg. 23. omnes sacrificulos idolorum combussit, ac cineres in auram sparfit. 4. Mathathias, 1. Mach. 2. Iudæum immolantem contrucidauit ad aram. Iure. Si enim nullos habens fructus sit excidenda, quanto magis ferens malos?

Peroratio. Quare fugiendi in primis hæretici: eorum librorum lectitatio. Nam Abbas Cyrias (vt in Prato spir. c. 40.) non procul

Dammatio iusta est.

Pseudopropheta ferax per actus sua.

procul Iordane viuens, visam sibi in somnis B. V. M. inuitat in cellam: quæ ait: Qui intrem isthuc, vbi hostis meus est? Mane excutit omnia, reperit duos libellos Nestorij hæresiarchæ ad calcem Hefichij compactos Tuge Tuga.

DOMINICA IX. POST TRINITATEM.

Homo quidam erat diues, qui habebat villicum, & hic diffamatus est apud illum. Luc. 16.

DAuid, 1. Reg. 25. comperta Nabalis ingrata auaritia, in eum ducit armatam manum, ad ipsum cum domo tota delendum: ni ab vxore Nabalis precibus victus ac donis; iram iustam fregisset. At hic Dominus in prodigum suorum vindicaturus: ipsiusmet solertia tali se cecitit sic, vt cui omnia libens condonet.

Nos circa hæc

- I. De fama nota melioris.
- II. De diuitis quibus hic, & iudice.
- III. De ratione reddenda.
- IV. De diffamato.
- V. De villici deliberatione.
- VI. De capto villici consilio.

PARS I.

De bona nota fama.

Est ea super omnia in Iesu.

I. Sponsam Sponsa extollit; quãtiscumque laudibus potest; vt famam eius celebret. 1. Curremus, ait, Cantic. 1. in odorem vnguentorum tuorum; oleum effusum nomen tuum: id est, fama tua. Nam Chaldaica paraphrasis sic habet: A voce miraculorum tuorum, & potentia commoti sunt omnes populi, qui audierunt famam potentia sue: & Nomen sanctum tuum auditum est in vniuersa terra, quod electum est magis quam oleum, quo vnguntur capita Regum & Sacerdotum. Similes Sponso & filij Sponsi sunt.

2. Ita enim 2. Cor. 2. De IESU; Deo autem in Apostolis gratias, qui odorem notitia suam manifestat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor sumus.

Ambo optime. Quid enim præ fama nominis boni? 3. Enimvero Eccl. 7. Melius est nomen bonum, quam vnguentum pretiosum. *In Christianis. In Ecclesia.*

4. Aemulatur in præconio sponsam Dauid Pl. 44. Myrrha, & gutta, & castia à vestimentis tuis: Hebræi legunt, Omnia vestimenta tua, seu Humanitatis Christi; seu Christianorum.

II. Nec Ecclesia reperit maius inter merita sua vllum, quam odor sit operum bonorum. 1. Eccl. 4. Ego, quasi vitis fructificauit suauitatem odoris. Odorem fructificare, est famam factis ex æquare. 2. Sic laudatur Iacob Gen. 27. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni floribus, ac fructibus. 3. Sic Apostoli 2. Cor. 2. Bonus odor CHRISTI sumus: quasi dicat: Odor noster spirat Crucem, penitentiã, opprobria: nõ aulã, carnẽ, &c.

Anto. Misaldus l. de Mirab. c. 1. prodit herbam Basilicon, in capite sentientis eam sæpius, generare posse scorpionem, aut viperam: Ita mundi odor venenata generat in animis eum sæpe captantium. Sicque Isa. 3. Erit pro suauitate odor & factor. Cloaca impiorum est vita. *In mundo secus.*

III. At iustorum vita & in viuis; & vero post fata, fragrat imprimis. 1. Nam sic sponsa ænigmatice: Cantic. 7. Mandragora dederunt odorem in portis nostris. Id quod Philo Episcopus rom. 1. Bibliotheca PP. istuc intelligit. Sed scito, ex ea herba, præter radicem, asseruari nihil. Et eam odorissimam referre faciem hominis mortui. Ita mortui Patriarchæ, etiam in vita contenti, ac etiam exagitari varie; nunc tamen superstes fama redolet ipsorum, vt mandragora. Ita & Christi, ac cuiusque iusti Christiani. *In mortuis iustus est fragrantissima.*

2. Huc respexit Abigail, 1. Reg. 15. quando dissuadebat Dauidi, ne nomen suum viri stulti sanguine taminaret; hocq; ipsi ad

Sanctorum eos catalogos adscribit.